ret ut non xpianitas discordaret; sed tota uniretur ecclesia. Dicebat
aut oportet examinari questionem ecclesiam segregantem quia dum
discordia recederet; concordia ecclesiam congregaret. Hoc audiens
nectarius; cogitabat et euocans agelium tunc nouacionum epi-
scopum tanquam in fide consortem; indicauit ei votum imperatoris.
At ille cum esset rebus alijs venerandus; de dogmate tamen non
valebat reddere rationem. Sed lectorem suum sifinnium nomine sta-
tuit qui pro eo deberet proferre sermonem; virum eloquentem et rebus
expertum; summam scientem sacrarum profundissima litterarum;
sed etiam philosopha dogmata. Is ergo dixit; quia disputatio non
solum scismate non uniret. Et propterea nectario dedit tale con-
siliium. Bene namque sciebat; quia veteres patres; principium sub-
stantie filio dei dare vitabant. quoniam percepissent cum patre coeternum.
Quapropter dedit consiliium; ut disputatiuas fugeret intentiones
et testimonium ex traditione veterum adhiberet; utque presules heresum
requireret imperator. utrum sermonem vellent facere de antiquis
ecclesie doctoribus. qui ante diuisionem floruerunt. An certe illos
velut alienos xpianitate respuerent. Et si quidem eos abnegarent.
obijceretur eis. Ergo eos anathematizare presumite. Et si hoc pe-
trare non presumerent; a populo pellerentur quo facto; apertam
fore victoriam veritatis. Si vero de principij non offenderentur do-
ctoribus; nostrum inquit est prebere veterum libros. per quos nostrum
dogma eorum testimonio roboretur. Inter hec cum nectarius si-
fynnio hec dicente libenter audisset. festinus ad palacium properauit.
Dixitque principi consiliium sibi datum. At ille considerata sententia
causam sapienter instituebat. Deinde conuocatis heresiarchis. requisit

si suscipere magistros ecclesie . qui ante tempora diuisionis existis-
 sent, Illis vero non abnegantibus sed tanquam preceptores honorā-
 tibus . rursus imperator interrogauit . si eis horū testimonia xpiani
 dogmatis complacerent. Nec audientes presules heresum atq;
 disputatores eorum . erant enim plurimi ad disputationem prepa-
 rati . in responso uehementer heserunt. Irruit enim in omnes magna
 discordia . alijs dicentibus bonum imperatoris esse propositum . alijs
 vero cogitantibus . quia non eorū expediret intentioni . dū alijs aliter
 de libris veterū sentire uiderentur . et nequaquam inter se conspira-
 bant . sed erant diuisi . Non solū aduersus alias hereses . sed etiā inē
 semetipos qui dudum unius heresis esse uidebantur . Quāobrem
 consors malicia . sicut lingue gigantiū veterū est diuisa . et turris
 eorū funditus est subuersa . Cognoscens igitur imperator eorum
 confusionem . et quia in disputatione solummodo et non in antiq;
 expositionibus confidebant . alio properauit itinere . eisq; declarauit
 ut ex scripto una queq; religio terminū sue fidei declararet . Tunc
 callidi uiri singularū heresum subtiliter sua uerba tractantes . do-
 gma propriū conscripserunt . Erat etiā definitus dies . quo singu-
 li episcoporū ad palatium conuenirent . Aderant ergo nectarius et
 agelius . consubstantialitatis fidei presidentes . arrianorū uero dimo-
 filus . eunomianorū ipse eunomius . macedonianorū eleusius cizici .
 Igitur imperator eos qui cōuenerant et uniuscuiusq; dogmatis
 scripta suscipiens . seorsumq; recedens orauit intente . ut ei cooperare-
 tur deus ad ueritatis electionem . Deinde uniuscuiusq; dogmatis re-
 legens scripturā . alia quidem omnia tanquam diuisionē trinitatis in-
 troducentia culpans repente dirupit . et solum consubstantialitatis
 dogma cū laude suscepit . Nec enim occasio fuit . ut nouaciani be-
 ne agentes intra ciuitatē haberent rursus ecclesias . Ammiratus nā-
 q; princeps eorū concordia circa fidē . legē precepit . ut propria orato-
 ria detinerent . et priuilegia sue ecclesie atq; fidei possiderent . Verum
 aliarū religionū antistites . propter discordiā suā . in reprehensionē
 sui populi uenientes . estuabant . tristiciiq; confusi discedebant . Et
 litteris consolabantur alterutros ut non affligerentur cur eos plu-
 rimi relinquentes ad fidē consubstantialitatis accederent . dicentes
 quidem multos uocatos . paucos autē electos . Quō utiq; non dicebāt

quando multum pplm per potestatem sibi met aggregabant. Sozo.
Imperator interea lege sancit • ut heretici neq; ecclesias haberent •
neq; de fide docerent • neq; ep̄os aut alios ordinarent. Et alios quide
a ciuitatibus expelli • alios sine honore esse • neq; frui cōmuni ciui-
litate permisit • insuper crudeles penas aduersus eos in lege conscri-
psit • quas tamen executus non est. Studebat enim ut per hec con-
cordes existerent • nō vere supplicio subiacerēt. Ca. xx. Soc.

Sed neq; hi qui tuebantur fidem niceni concilij • penitus a tri-
sticia videbantur extranei. Nam antiocheni eos qui concilio
presentes fuerant declinabant • egyptij et arabes et ciprij flavianum
ab antiochia expellendum esse dicebant • palestini vero et phenices
atq; siri pro flauiano laborabant. Quarum rerum terminum pprio
loco narrabimus. Eo siquidem tempore quo constantinopoli si-
nodus agebatur • talia circa hesperiam prouenerunt. Maximus
de britaniorum partibus contra romanorum surrexit imperium •
et laboranti graciano contra alamannos intulit bellum. In italia
vero puero satis existente valentiniano • rerum curam probus ex-
consule atq; prefectus habebat. Iustina vero valentiniani mater cū
esset arriana • uiuo quidem marito ledere non preualuit orthodo-
xos. Cum mortuo et filio valde iuuenulo • mediolanum ueniēs
ambrosio episcopo erat infesta • ita ut eum destinari iuberet exilio.
Capitlm xxi. Theodoricus.

Quoniam de ecclesia iuberetur exire ambrosius • ait, Ego sponte
hoc non ago • ne lupis ouium septa contradere videar aut blas-
phemantibus deū. Sic si placet occide • hoc loco mortē prona susci-
pio voluntate. Sozomenus.

Quoniam populus singulariter diligens ambrosium resultaret
et trahentibus eum ad exilium valde resisteret • potius indi-
gnata iustina vocauit beniuolum tunc questorem • iubens ut velo-
citer proponeret legem • que fidem prolataam arimino confirmaret.
Cunq; ille hoc agere dedinaret • erat enim orthodoxus • maioribus
cum cingulis inuitabat. Beniuolus aut discingens se • balteū ante
pedes auguste proiecit dicens, Neq; illum honorē • neq; maiorem
velle se pro impietatis habere mercede. Cunq; ille hoc facere omni-
modis refutasset • inuēti sunt alij q̄ nequicie iussomb? ministrarēt.

Socrates,

Iter hec nunciatur. quia gracionus dolo tyranni maximi fuisset occisus, Andragratius enim dux maxima in lectica portatus ut occideret gratianum. huiusmodi opinionem misit in vulgus. quia vxor gracioni suo viro festinaret occurrere. in lugo uno galle ciuitate fluiuium transeunti. Gratianus autem credens coniugem reuera venire quam nuper acceperat non precauuit eius insidias. et veluti cecus in foueam in manus hostis incurrit. Dum ergo venisset gratianus quasi ad vxoris vehiculum ex improviso exiliens andragratius gratianum callidus interemit. Mortuus ergo est consulatu merobaudis et saturnini. anno imperij quinto decimo. vite vicesimo et quarto. Hoc itaque facto. ad presens contra ambrosium ira iustine quæuit. Porro valentinianus licet inuitus. tempore necessitatis flexus in maximi consensit imperio. Tunc probus metuens maximi potestatem. ab italia in illiricum venit. et in thessalonica macedonie morabatur.

Theodosius,

Quoniam audisset maximus que contra ambrosium rursus magniloquum predicatorem veritatis agerentur. scripsit valentiniano ut bellum quod agebatur contra ecclesias solueretur monens. ut paternam non amitteret pietatem. adiecitque etiam minas belli. et nisi quiesceret verba operibus adimpleret. Quãobrem sumens exercitum. venit mediolanum ubi tunc ille degebat. Porro valentinianus agnoscens eius inuasionem fugit in illiricum. experimento cognoscens que mala matris consilio sustineret. Porro theodosius audiens que iustina fuerant gesta et a tyranno conscripta. fugienti valentiniano rescripsit. Nõ esse mirandum si imperatori quidem terror tyranno vero potestas accresceret. dum imperator pietati rebellis extitisset. tyrannus autem ei auxiliũ commodaret. Et propterea ille quidem fugeret nudus. ille vero armaret aduersus nudum.

Socrates

Nunc igitur theodosius imperator in maxima sollicitudine constitutus. contra tyrannum parabat exercitum. metuens ne quid etiã contra iuniorum valentinianum insidie tyranni preualerent. Ea tempestate etiam legatio persarum aderat pacem petens. Quo tempore filius quoque honorius ei natus est de vxore placilla. consulatu richomeri et dearchi nona die septembrij mensis. Quo

consulatu agelius quoque nouatianorum episcopus est defunctus.

Capitulum Vicesimumsecundum

Sequenti vero consulatu archadij augusti primo et paudoni defuncto thimotheo alexandrine ciuitatis episcopo theophilus suscepit presulatum post annum vero dimofilo arrianorum antistite moriente arriani marinum quendam episcopum sibi metum ordinauerunt. qui tamen diu non vixit. Sub quo diuisa est arriana religio. Quo moriente dorotheum ab anthiochia sirie deducentes habuere pontificem. Igitur imperator contra maximum festinans constantinopolim. imperatorem filium suum reliquit archadium. Cuius thessalonicam venisset inuenit valentiniani iudices in maxima tristitia constitutos. quia thirannum velut imperatorem ex necessitatis causa susceperant. Theodosius autem aperte quidem nec refutabat nec admitebat legationem maximam. Sumens ergo cunctum exercitum. mediolanum tenebat ubi erat et maximus. Interea arriani constantinopolim positi. diuersas opiniones in populo seminantes dicebant. Et exercitum imperatorem amisisse et ipsum thiranni ducibus subiugatum. aliisque multa. que solent inimici voto nequitie iactare ita. ut crebro hec audientes non opinionem sed vera iam crederent. His sermonibus arrianorum populus inflammatus ad irrationabile quandam exarsit audacia domumque necatorum episcopi concremauit. consulatu theodosij secundo et cinegij. Verum imperator Theodosius dum thirannum aggrediretur. cognoscentes maximi milites presentiam instructionis imperialis et signorum eius aduentum. nec fame ipsius impetum sustinere preualuerunt. Sed apprehendentes thirannum. vinculum ei protinus obtulerunt. qui eorum consulatu peremptus est septima et vicesima die augusti mensis. Anragacius autem qui peremerat gracianum. in vicino fluuio semetipsum proiciens expirauit.

TUNC igitur imperatores Valentinianus et Theodosius. peracta victoria venire romam. Erat enim cum eis pariter et honorum valde puer. quem post victoriam contra maximum gestam ab urbe constantinopolitana Theodosius euocauerat.

Socrates.

Qumque in romana urbe morarentur festiuitates pro victoria celebrantes. tunc suam bonitatem circa symmachum consulē theodosij imperator ostendit.

Is enim symachus inter senatores precipuus habebatur: eratque
 romani eloquij eruditione mirabilis cuius multi quoque reperiuntur
 libri. Scripsit ergo maximi laudem: eamque recitavit. Vnde post ea res
 maiestatis esse videbatur. Quobrem mortem metuens confugit in
 ecclesiam. Verum imperator cum esset perfectissime christianitatis et non solum
 sue fidei sacerdotes honoraret: sed etiam novatianos qui christe eius fidei
 decreta servarent: leontio tunc episcopo romanis ecclesie novatianis rogantibus
 beneficiam conferens: symmachum absolvit a crimine. Cuius
 veniam symachus meruisset apologeticum id est satisfactionalem li-
 brum in theodosio imperatore conscripsit. Ca. xxiiij. Soc.

Theodosius igitur imperator in romana urbe positus. multum
 profuit civitati: alia prohibendo. alia utiliter auferendo. Duas tamen
 res dignas confusione prohibuit. Erant ab initio in urbe roma do-
 mus ingenti magnitudine fabricate: in quibus panes fiebant qui
 universae civitati ministrabant. Non mancipes. tempore precedente pi-
 strina publica latrocinia esse fecerunt. Cum enim essent mole in locis
 sub terraneis constitute: per singula latera earum domuum tabernas
 instituentes: meretrices in eas prostare faciebant quatenus per eas plu-
 rimos deciperent. Alios qui pro pane veniebant: alios qui ibi pro luxurie
 turpitudine festinabant. Arte namque mechanica. in molam de taber-
 na cadebant. Et hoc paciebantur maxime peregrini. et ita fiebat. ut
 multi usque ad senectutis tempus laborantes. exinde non permitterent exire
 elimantibus eorum prosequis eos esse defunctos. In huiusmodi la-
 queum. quidam miles theodosij imperatoris incurrit. Cum fuisset clau-
 sus ad molam. nec vimitteret exire. euaginato gladio prohibentes oc-
 cidit. At illi terrore detenti militem demiserunt. Hoc agnoscens impera-
 tor. et mancipis supplicij interemit. et ipsa pistrina destruenda fun-
 ditus esse precepit. Aliam rursus abrogavit huiusmodi causam.

Si qua mulier in adulterio capta fuisset. hoc non emendabat.
 sed potius ad augmentum peccandi contradebat. Includentes enim eam
 in angusto prostibulo. et admittentes qui cum ea fornicarent. hora que
 turpitudine miscebant tintinnabula percutiebant. ut eius sono illius
 iniuria fieret manifesta. Nec audiens imperator. permanere non pas-
 sus est. Sed ipsa prostibula destrui iussit. aliisque penis adulteras
 sanciebat affligi. His actis. relicto valentiniano rome ipse cum

honorio constantinopolim remeavit & consulatu vaciam et simmacho die tertia decima mensis nouembris xxv. Theodorice?

Reuertente siquidem theodosio ab hesperijs partibus venit ad eum amphilocheus vir ammirandus & cui sepe meminimus supplicans ut arrianorum concilia de singulis ciuitatibus prohiberentur. Verum imperator crudelem iudicium esse petitionem & spreuit eum. Porro sapientissimus amphilocheus eo quidem tempore tacuit & huius cause remedium memorabile preparauit. Post aliquos namque dies ingressus palatium vidensque filium archadium iam imperatorem astantem patri theodosium solemniter salutauit, filium vero non ei exhibita salutatio deseruit. Verum imperator credens oblitum amphilocheum & inuitauit ut eum osculari deberet, At ille sufficit inquit ei proprius honor. Tunc imperator contristatus ad suam iniuriam filio factam contumeliam iudicabat. Porro sapientissimus amphilocheus consilium sue intentionis aperuit & et cum clamore dixit. Videns imperator quemadmodum filio tuo contumeliam non pateris irrogari? Crede ergo et omnium deum sic abominati eos qui eius unigenitum filium blasphemare contendant. Et velut ingratos & circa saluatorem et benefactorem haberi semper in odio. Hoc intelligens imperator et gesta simul dicta quae miratus legebat repente protulit hereticorum concilia prohiberi. Socrates.

Quia haec itaque tempora in antiochia syriae paulino episcopo moriente plebs eius declinabat omnimodo flavianum & propter haec euagrium ordinauerunt suae partis episcopum. Quo in breui tempore mortuo aliquid in eius loco factus iam non est flauiano quippe nitente. Verum hi qui declinabant flavianum propter iuramentum per uariationem seorsum solemniter celebrabant. Porro flauianus omni virtute curabat ut eos sibi aggregaret. quod paululum hoc modo noscitur euenisse & cum damasus romanus pontifex et theophilus alexandrinus indignarentur circa flavianum non solum propter perjurium sed etiam quod ipse fuit occasio ut populus fidelium discordaret & postea theophilus a flauiano rogatus misit isidorum presbiterum in contristatum damasum flauiano mulceret episcopo dicens, Vtile fore populi concordiae si culpa iam facta flauiano remitteretur. Hoc itaque modo communionem reddita flauiano antiochenus populus paulatim concordiam reparauit, Arriani vero ab ecclesijs pulsi & in suburbanis antiochenis

collecta agebant, Inter hec autem mortuo cirillo hierosolimorū
episcopo, Iohannes in eius sede successit. **Sozomenus.**

Eo siquidem tempore etiā in alexandria huiusmodi seditio ge-
nerata est. Preceperat impator. ut studio theophili in alexan-
dria paganorum tēpla destruerent. Theophilus p̄tate percepta. stu-
duit paganorū destruere misteria, Et templum quidem mitrium p̄-
gavit, Serapis v̄o subuertit, Verum methue sacra ubi homicidia
ppetrabant s publice patefecit. serapiois autem et aliorum risu ple-
na monstravit. iubēs p̄ mediā plateā portari verēda q̄ pagani cū
maxio honore venerabant. hec pagai vidētes maxie philolophi i
iuriā ferre nequiverūt. Vno nāq; impetu cōn xpianos accedētes. ne-
ces innūas ppetrarūt. resistētibusq; xpiaīs. clavis hec vsq; ad immē-
sa bella p̄cessit. Mortui deniq; sūt i ea cōgressiōe paganorū pauci. xp̄i-
anorū plurimi. ex v̄q; v̄ pte. innūi vulnerati. Porro pagani me-
tu prinapis postquā cede fuerant satiati. p̄ loca singula celebrantur
multi quoq; etiam de civitate fugerunt. Inter quos belladius amo-
nusq; grāmatici. apud quos ego valde puer constantinopolim legi
Et belladius quidem sacerdos iouis esse dicebatur. ammoni? vero
simie. His ita gestis. theophilo in destructione tēploꝝ solatia mi-
nistabant prefectus alexandrie. et dux ordinis militaris. Idola si-
quidem deorum conflagantē ad faciendos ollas. et alexandrie ecclesie
diuersas utilitates. Cui ab impatore donati fuerant dii s ad expē-
sas egentium, Cū igitur theophilus omnes contriuisset deos. vnū
tantūmodo reliquit simie simulacrum. Iubens eum publice p̄poni
atq; seruari. ne sequēti tēpore pagani negarēt tales se adorasse deos
quā rem noui ego quia grauiter ferebat ammonius grāmaticus.
dicens. Paganos nichil tam graue perpestos. nisi quia non conflag-
tum esset et ipm idolum sed pro derisione vnū illud idolum serua-
retur. Palladius autem gloriabatur dicens. quia congressione xp̄i-
anorū nouē ip̄e perimēt. **Sozomen?**

Igitur impator audiens que alexandria fuerant perpetrata. beatifica-
uit equidem xpianos martirū eas palmas attribuens. eo q̄ p̄ do-
gmate tanta pericula pertulissent, Paganis autem veniam dedit.
ut eis ad xpianitatem facile suaderet. iussitq; ut tēpla funditus q̄
fuerant necis causa destruerentur. Cuius littere dum publice lecte

fuissent. et xpiani paganos impeterent. terrore ducti custodes serapi-
dis fugerunt. Et ex illo tempore xpiani ea loca tenuisse noscuntur.

Olimpius autem philosophus sicut non ante multum tempus
lucescente die qua hoc euenit audiuit quendam in templo serapidis
alleluia psallentem. Cuius ianuis clausis adhuc quietis tempore
nullum ibi conspiceret. sed tantummodo vocem psallentis audiret et co-
gnouit signo quid esset futurum. et latenter egressus. inuenta naue
discessit.

Ca. xxviii. Theophrastus,

Theophrastus igitur alexandrinam urbem idolorum errore p-
gavit et non solum a fundamentis templa subuertit. sed
etiam fallacia sacerdotum his qui se ducebantur innotuit. Erant
enim simulacra erea ligneaque inter vacua. et dorsum copulatum ad
parietes habentia et ubi quedam foramina relinquebant et per ad-
ita ascendentes. et intrantes in simulacra et que volebant per eorum
ora loquebantur. Et hoc modo seducebant iugiter audientes. In
serapidis igitur ascendens templum. vidit simulacrum quod magni-
tudine sua terrebat inspicientes. Ferebatur etiam sermo fallax quia
siquis iuxta eum accederet et mox terra moueretur et pestis cunctos
inuaderet. Sed hec verba fabulis anilibus plena confidens magni-
tudinem despexit velut exanimem. iussitque alicui habentem securam
ut serapidem forti percussione concideret. Cuius cecidisset clamaue-
runt omnes illas aniles fabulas formidantes. Porro serapis neque
doluit nempe ligneus et neque vocem emisit. sicut exanimis. Cum vero
eius abstulissent caput et greges suricum exinde cucurrerunt. erat enim
habitatio suricum egyptiorum deus. Tunc eum partibus incidentes
igne concremauerunt et caput autem per totam traxerunt urbem.

Capitulum xxix.

Socrates,

Unde templum serapidis nudaretur. inuente sunt littere et in
lapidibus sculpte que apud egyptios vocabantur sacre. Habe-
bantque ipsi characteres figuram crucis. Hoc xpiani videntes atque pa-
gani et singuli eorum religioni proprie deputabant. Cristiani dice-
bant. signum esse salutifere passionis christi. Paganus vero aliqua com-
munionem christo. et serapidi per hoc signum asserabant. Interpretes
autem signum crucis insinuare. dicebant vitam superuenturam.
Quam ob causam xpiani ad summum fastigium sunt euecti. Cuius

et per alias litteras que apud eos sacre dicuntur indicaretur terminu
habiturum serapiois templum. quando caracter crucis apparuisset
qui vitam superuenturam sine dubio declararet, Multo plurimi
ad xpianitatem festinabant. et peccata confitentes baptizabant.

Sed ego non arbitror sacerdotes egiptiorum aduentum prescisse
xpi. et crucis signaculum designasse. Nam si sacramentum aduentu
domini a seculis et a generationibus fuit absconditum. sicut dicit
apostolus et latuit principem nequicie diabolum. multo magis sa-
mulos eius sacerdotes egiptiorum. Sed diuina prouidentia hoc p-
struxit. ut in litterarum fieret questione. qd etiam i apostolo paulo
monstratum est. Na et ille sancto spiritu ditatus multos athenien-
sium adduxit ad fidem. quando eam que in ara erant scripta sensu
proprie narrationis exposuit. nisi forte quis dicat. quia etia in sac-
doribus egiptiorum operatus fuerit deus. sicut in balaam et in cai-
fan. et illi profetasse referuntur.

Ca. xxx. Theodoricus.

Non est itaqz facile hominibus. vniuersas vitare hostis infi-
dias Nam dum quispiam libidinis effugerit passionem. in-
currit in auaricia. que dedinata inuidie fouea preparatur. hanc si
transcenderit. vicium furoris incurrit. Et alios plurimos ponit la-
queos inimicus. quo capere possit incautos. Et corporis quide pas-
siones habet facile ministrates. ut animam possit occidere. Sed mes-
diuino solatio vigilans. machinationum eius destruit argumenta.

Humana nanqz nata participatus theodosius impator. habuit
passionum quoqz communionem iusto qz furori immensam permi-
scens crudelitatem iniustam operatus est passionem. Qua rem nar-
rare necessarium est. et pro utilitate legentium et pro memorabili
opinioe virtutu. Thessalonia ciuitas est grandis et populosa.
In qua du fuisset orta sedicio. quidam iudicium lapidati sunt atqz
tracti. Hinc indignatus theodosius. iracundie non refrenauit infir-
mitatem. sed iussit iniustos gladios sup omnes euaginari. et vna
cum nocentibus innocentes interim. Septem milia etenim hoim
sicut fertur occisi sunt. non precidente iudicio. sed tanqua in messi-
bus omnes simul incisi sunt. Quiusmodi cladem plenam valde ge-
mitibus audiens ambrosius. cum princeps mediolanum venisset.
et solemniter in sacru voluisset intrare replu. occurrit foris ad ianuas

et ingredientem his sermonibus a sacri liminis incesso prohibuit .
Nescis imperator perpetrare a te necis quanta sit magnitudo & Neque
post causam tanti furoris . mens tua molem presumptionis agno-
scit . Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij & de-
cet tamen ut vincat ratio potestatem . Scienda quippe natura est &
eiusque mortalitas atque resolutio . Et pulvis progenitorum & ex quo fa-
cti ad quem redigendi sumus . et non in flore purpuro confidentes
infirmittates operiti corporis ignorare . Coequalium hominum pri-
nceps es . o imperator et conseruator . Vnus enim est omnium dominus rex omnium
et creator . Quibus igitur oculis aspicias communis domini templum &
Quibus palpabis pedibus . sanctum illius pavimentum . Quomodo
manus extendes & de quibus adhuc sanguis stillat iniustus & Quod
huiusmodi manibus & suscipies sanctum domini corpus & Qua pre-
sumptione ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies & dum furo-
re sermonum tantus iniuste sit sanguis effusus & Recede igitur rece-
de & ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas . Suscipe
vinculum & quod omnium dominus nunc ligauit . Est enim medicina ma-
xima sanitatis . His sermonibus imperator obediens . erat enim
diuinis eruditionibus enutritus . et aperte sciens que sunt propria
sacerdotum . que regum gemens et deflens ad regalia remeavit . Cuius
octo mensium transissent tempora & propinquauit natiuitatis salua-
toris nostri festiuitas . Imperator autem lamentationibus assiduus in pa-
lacio residens & continuas lacrimas incessabiliter expendebat . In-
gressus autem rufinus tunc magister et singularem apud principem
fiduciam habens . et videns principem in lamentatione prostratum
accessit ut lacrimarum causas inquireret . At ille amarissime . ingemi-
scens et vehementius lacrimas fundens . Tu inquit rufine ludis et
mea mala non sentis & ego autem lametor et gemo calamitatem meam
quia seruis quidem et mendicantibus aperta sunt templa dei . et pro-
prium dominum ingredientem licenter exorant & michi vero ingressus ad-
deum non est . insuper etiam celi sunt clausi . Nec dicens verba sin-
gula singultibus intrupebat . Rufinus curro inquit si tibi placet
pontificis precibus persuadeo . ut soluatur vinculum quod ligauit .
Aut imperator . Non suadebis ambrosio & noui ego decretum illius
esse iustum . neque reuerbitur imperialem potestatem . ut legem possit

preuaricari diuinam. Cūq; rufinus verbis plurimis vteretur et
 promitteret ambrosium esse flectendum s imperator eum pergere cū
 festinatione precepit, Ipse vero spe data post paululum est secutus
 credens rufini promissionibus. Porro vir marandus ambrosius.
 mox ut vidit rufinū ait. Impudētiam canum imitatus es o rufine
 tante videlicet necis auctor existens pudorem ex fronte detergens.
 nec erubescis nec metuis contra imaginē latrare diuinā. Cūq; ru-
 finus supplicaret et imperatorem diceret esse venturū. superno zelo
 accensus ambrosius, Ego inquit rufine predico. quō eum ingredi
 sacra limina prohibebo. Si vero imperium in tyrannidem mutabit
 necem libenter et ego suscipio. Hec et alia plurima rufinus audies.
 nunciavit imperatori notum antistitis. monens ne de palatio forte
 procederet. At imperator hec ī media iā platea cognoscēs. pergo
 inquit et iustas in facie suscipio contumelias. Cūq; ad sacra limi-
 na peruenisset. in sanctā quidem basilicā non presumpsit intrare.
 sed veniens ad antistitem et inueniens eum in salutaris residentē.
 supplicabat ut eius vinda resolveret. At ille tyrannicā dicebat eius
 esse presentia et contra deum vesanire theodosium. eiusq; calcare le-
 ges. Verum imperator non inquit insurgo aduersus ecclesiasticas
 sanctiones. nec inique ingredi limina sacra contendo. sed te soluere
 mea vinda deponco. et omnis dñi pro me exorare clementiam. nec
 michi ianuā claudi quā cunctis penitentiam agētibus dñs noster
 aperuit. Tunc antistes quā inquit penitentiam ostendisti. post tā-
 tas iniquitates. Quib; medicaminibus incurabilia vulnera pla-
 gasq; curasti? At imperator tuum inquit opus est et docere et me-
 dicamina temperare. meum vero oblata suscipere. Tunc sanctus
 ambrosius. Quomodo furorū inquit tuum iudicium cōmisisti. et nō
 ratio protulit sententiam s; potius iracundiam. scribe legem que de-
 creta furoris euacuet et a triginta diebus sententia necis atq; p̄scri-
 ptionis. in litteris tantūmodo maneat et iudicium rationis expe-
 det. Quib; transactis diebus. ira videlicet iam cessante ratio causā
 iudicans apud semetipm que cognouerit sub veritate disponat. In
 his enim diebus agnoscitur. vtrum iusta sit quā protuleris. aut in-
 iusta sententia. Et si quidem ratio probauerit iniusta. que sunt pro-
 lata dirūpit. si vero iusta firmabat. Dierum vero numerus. ad hec

examinanda sufficiet. Hanc ammonicionē imperator animo libenti suscipiens. et optimam esse confidens. legem conscribi repente precepit. et proprie manus litteris confirmavit. Quo factō s̄ vinculum eius soluit ambrosius. que lex hadenus obseruat̄. Est enim huiusmodi. Imperatores gracianus valentinianus. et theodosius augusti s̄ flauiano prefecto pretorij illirici. Si vindicari ī aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro cause intuitu iusseri mus s̄ nolumus statim eos aut subire penam. aut excipere sententiam. sed per dies triginta super statum eorum sors et fortuna suspēsa sit. Reos sane accipiat vinci s̄ atq; custodia. et excubijs solertibus vigilanter obseruet. Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina presumens s̄ non stans domino supplicauit. neq; genua flexit s̄ sed pronus in pauimento iacens s̄ dauiticā p̄clamauit vocem. Adhesit pauimento anima mea s̄ viuifica me sc̄dm̄ verbum tuum. Manibus capillos euellens frontemq; p̄cutiens. et pauimentum lacrimarum guttis aspergens. veniam impetrare poscebat. Cūq; tēpus accederet quo munus ad altare solebat offerre s̄ surgens cum lacrimis est ingressus. Cum vero obtulisset s̄ sicuti solitus erat intra cancellos stetit. Rursus autem ambrosius non quieuit. sed differentiam locorum edocuit. Et primo quidem requisit quid ibidem expectaret. Imperatore dicente. sustinere se sacrorum perceptōnem misteriorum. p̄ archidiaconum remandauit. O imperator interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata. que ceteri nec ingredi nec contingere p̄mittuntur. Egredere igitur. et hanc expectacōem cum ceteris habe omunem. Purpura nāq; imperatores non sacerdotes facit. Tunc fidelissimus imperator etiā hanc tradicionem animo gratāi suscipiens. remandauit. Non audacie causa intra cancellos mansi sed in constantinopolitana vrbe hanc consuetudinem esse cognoui. Vnde ago gracias p̄ huiusmodi medicina. Tali ergo tantaq; et p̄sul et imperator virtute darebant. Ego nāq; vtriusq; opus ammiror. illi? fiduciam. hui? autem obedienciam. illius zeli feruorem. h? fidei puritatem. Porro regulas pietatis quas a magno sacerdote percepit. etiam reuersus in constantinopolitana vrbe seruauit. Nā dum festiuitatis tempore ad ecclesiam processisset. oblati in altari muneribus mox egressus est. Cūq; nectarius tunc p̄sul ecclesie

mandasset cur intus stare nolisset. mandauit princeps. Vix inq̄
potui discere que differēcia sit imperatoris et sacerdotis. Vix enim
veritatis inueni magistrum, Ambrosium namq; solum noui vocari
digne pontificem. Tantum itaq; prodest increpatio a viro virtuti-
bus florente prolata, *Ca. xxxi.*

Habebat igitur imperator et aliam utilitatis occasionem. per
quā de bonis operibus triumpharet. Coniunxit enim eius di-
uinis legibus eum sepius ammonēbat. seipsam tamē perfecte pri-
erudiens. Non enim regni fastigijs eleuata est. sed potius diuino
amore succensa. Beneficij nāq; magnitudo. mai⁹ ei desiderij bene-
factoris adhibebat. Repente nāq; ut venit ad purpuram. claudorū
atq; debiliū maximam habebat curam. non seruis non alijs mi-
nistris utens. s; p̄ semetip̄am agens. et ad eorum habitacula veniēs
et unicuiq; qd̄ opus haberet prebens. Sic etiā p̄ ecclesiarum xenodo-
chia discurrens. suis manibus ministrabat infirmis. ollas eorū ter-
gens ius gustans. offerens colearia panem frangens. abosq; mini-
strans. calicē diluens. et alia cuncta faciens. que seruis et ministris
mos est solemniter operari. His autem qui eam de rebus talibus
nitebant prohibere. dicebat. Aurum distribuere opus imperij est.
Ego autem pro ip̄o imperio. hoc opus offero bona michi omnia cō-
ferenti. Nam viro suo sepe dicebat. Oportet te semper marite cogi-
tare. quid dudum fuisti. quid modo sis. Nec si semper cogitaueris.
ingratus bene factori non eris. s; imperium qd̄ suscepisti legaliter gu-
bernabis. et harum rerum placabis auctorem. His ergo sermo-
nibus. velut optimam quendam utilitatem virtutisq; abundantia.
coniugi suis sermonibus offerebat. *Ca. xxxij.*

Hec itaq; ante maritū defuncta est. Post aliquantū vero tem-
pus mortis eius. aliquis tale prouenit qd̄ maximum amorē
quē habuit circa eam imperator ostendit. Coactus itaq; theodosius
plurimorū continuacione bellorum. quēdam illationem nouā im-
posuit ciuitatibus. Antiochena vero ciuitas nouū vectigal ferre nō
potuit. sed videns populos suspendi diuersos egit qd̄ vulgus solet.
occasionem sedicionis inueniens. Deponentes enim imaginem or-
natissime placille. sic enim augusta fuerat vocata. p̄ omnem traxē
ciuitatem. Nec audiens imperator et indignat⁹. abstulit priuilegia

ciuitatis et vicine vrbi id est laodicie tradidit principatū s̄ credens
hinc maxime antiochenos affligere. Post hec autem incendere et de-
struere atq; ad instar vicorū antiochiam redigere minabatur. Am-
ministratores autē locorum etiā quosdam cōprehensos interemerūt.
antequā hāc presumptionē cognosceret imperator. Nec igitur omnia
imperator quidem precipiebat non tamen fiebant. prohibente lege
quā proferri fecit ambrosius. Cum igitur venissent qui portabant
minas imperatoris s̄ bellebichus magister militū et cesarius magi-
ster officiorū erant omnes sub formidine constituti. Porro viri here-
mum habitantes virtutis propugnatores s̄ multi tunc et optimi
viri plurima monita simul et preces eis qui a principe missi fuerāt
offerebant. Macedonius autem vir sanctus. nichil huius vite sci-
ens. sed etiā diuinorum librorum penitus inexpertus. in summitati-
bus habitans montiū. noctibus ac diebus saluatori omniū puras
offerens preces s̄ non imperatoris indignatione permotus. non iu-
dicum ab eo missorū s̄ in media ciuitate vtriusq; clamidem cōprehē-
dens. ab equis suis ut descenderent imperabat. At illi paruulum se-
nem pannis oblitū vilissimis intuentes s̄ primitus indignati sunt
Cum vero quidam obsequia perhibentiū virtutem viri illius indi-
cassent s̄ repente ab equis exilientes et genua tenentes eius s̄ veniā
suppliciter implorabant. At ille sapientiā diuina repletus. hec eis
verba locutus est. O amici. dicite imperatori. Non es imperator so-
lummodo. s̄ etiā homo. Noli itaq; respicere solum imperium s̄ cō-
sidera quoq; naturam. Nam cum sis homo eiusdem nature. homi-
nibus cognosceris imperare et secundum imaginem diuinam atq;
similitudinem. hominū creata natura est. Noli igitur crudeliter atq;
seuissime dei imaginem necibus subiugare. irritas etenim creatorē
dū illius punis imaginem. Illud qui q̄ considera. quia tu ipse tan-
tum propter ereā contristaris imaginem. Quantū vero differt in
animata res animate. viuenti atq; rationali. cunctis sensum habē-
tibus est apertum. Insuper etiā illud consideret. quia nobis quidez
facile est pro vna imagine plurimas ereas p̄parare. At illi omni-
no difficile vel vnū capillum restituere peremptorem. Nec audi-
entes illi. principis mandantes. flammā iracundie eius penitus
extinxerunt. Qui pro terroribus satisfactionem rescripsit. et causam

indignationis innotuit, Non inquit oportuerat me peccatē. mulierem omni fauore dignissimā. post mortem tantam contumeliā sustinere, Aduersum me namq; furore indignantes decebat armare adiecit etiam quia tribularetur et ingemisceret et eo q̄ audisset aliq̄s a iudicibus interemptos, *Ca. xxxij.*

Fidelissimus. igitur imperator tunc contra errorem paganorū suum transtulit studium et legesq; conscripsit. precipiens idolozum templa subuerti. Constantinus enim maximus omni fauore laudandus. qui primus pietate ornavit imperium et demonibus q̄dem sacrificare omnibus interdixit, Non tamen eorum templa destruxit sed inaccessibilia esse precepit, Cuius filij paterna vestigia sunt secuti. Julianus autē renouauit impietatem et flammā veteris seductionis accēdit, Porro iouinianus imperio sumpto et rursus immolationes prohibuit idoloz, Valentinianus autē maior. huiusmodi legibus vsus gubernauit europam, Porro valens omnibus quidem alijs concessit ut religiones suas colerēt sicut vellent et illos solos impugnans. qui pro apostolicis dogmatibus decertabāt. Omni siquidem tempore eius imperij. et ad aras ignis accendebatur et libamina atq; sacrificia idolis offerebantur, Sed et publicas festiuitates per plateas agebant et orgia syonij celebrabant et cum sacris currebant canes euiscerantes furentes atq; bachantes et agētes omnia que nequitiam proprij doctoris insinuant. Nec omnia theodosius inueniens fidelissimus imperator et radicē euulsi et obliuioni contradidit. *Ca. xxxij.*

Quimus igitur aliorū marcellus episcopus. lege principis p̄ armis vsus et proprie ciuitatis templa destruxit et de fiducia diuina non de hominum virtute presumens, Qd̄ opus dignum memoria narrare non sileam, Defuncto iohanne apamie ciuitatis episcopo marcellus vir sanctissimus ordinatus est. feruens spiritu secundum apostolum. Inter hec venit prefectus orientis apamiam et militari timore perterritus est. Vbi dum esset templum iouis valde precipuum et ornamentis plurimis variatum et illud prefectus destruēnibatur, Videns autem forte nimis edificium ac robustum et impossibile iudicauit hominibus lapidum iuncturas et cōmissiones posse

dissolui, Erant enim ingentes et alterutris illigati. in super et ferro
plumbogq; coniuncti. Porro marcellus pusillanimitatem prefecti vi
dens. eum quidem misit ad alias ciuitates. ipse vero supplicabat deo
ut templi destruendi preberet occasionem. Inter hec venit quidam
sponte diluculo. non structor. non lapidum sector. neq; alterius cui
cunq; peritus artis. sed lapides ferre et ligna in humeris consuetus.
Is ergo accedens. promisit facile templum esse dissolendum. Quando
cum tantummodo accipere mercedem poscebat artificij. Cuius hoc sa
ctus pontifex promississet. hoc ille machinatus est. Coherebat enim
templo in altitudine constituto ex quatuor lateribus portic?. Erat
q; columnne ingentes. et altitudinem templi habentes equalem. Sin
gularum vero circulus columnarum. erat sedecim cubitorum. Por
ro natura petre fortissime que non facile quibullibet ferramentoru
generibus ruperetur. Harum itaq; tres per circuitum suffodiens. et
sub earum basibus fortia ligna supponens. immisit ignem. Quo fa
cto non poterat ligna naturaliter ignis accendere. Demon etiam
quidam teterrimus apparuit. qui flammam vires suas prohibebat
operari. Cuius frequenter hoc facerent et molitionem suam exple
re non possent. nunciauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille
repente ad ecclesiam concurrēs et aquam in uasculo portari precipiēs
aquam posuit sub altare. Ipse vero in pauimento posita fronte demē
ti domino supplicabat. ne amplius tyrannidem demonis ullam pa
teretur habere fiduciam. Sed ut infirmitatem illius enudaret. et si
gnum proprie virtutis ostenderet. ne magis ex hoc infidelibus exul
tacionis occasio nasceretur. Hec cum dixisset. facto signaculo crucis
in aqua quendam diaconum suum equitium. fide et zelo munitum.
sumere iussit aquam. et velociter currere et cum fide aspergere. ignem
q; supponere. Quod dum fuisset factum. demon effugit. non ferens aq
virtutem. Ignis autem velut oleum habuit alius aque naturam
Conphensa q; ligna sunt repente consumpta. Columnne vero sufful
ture solatio nudate. et ipse ceciderunt et alias duodecim una traxerunt
Tum latus qd; coherebat templo. violentia ruine depositum est. So
nus autem totam concutiens ciuitatem. cunctos fecit ibi concurrere
Et dum inimici demonis apertam cognouissent fugam. in diuinis
laudibus ora soluebant. Sic enim et alia templa sacratissimus

pontifex ille destruxit, Qui ex victoribus scribebat martiribus et re-
scripta suscipiebat: et nouissime etiam ipse martirio coronatus est.

Capitulum xxxv.

Socrates.

Hoc itaq; tempore placuit ut presbiteri qui erant super peni-
tentes constituti remouerentur. propter huiusmodi causam.

Ex quo nouaciani ab ecclesia sunt diuisi. cum his qui deliquerant sub
persecutionibus imperatoris decij communicare nolentes, Ex illo epi-
scopi pro ecclesiastica regula presbiterum super penitentes esse con-
stituerunt,

Sozomenus,

Quoniam omnino non peccare diuinum et ultra humanam
naturam esse cognoscitur: peccantibus autem ex penitentiâ
agentibus. veniam deus dari precepit. Qui vero confiteri refugiunt
maius peccatorum onus acquirunt. Propterea visum est antiquis
pontificibus: et ut velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi
delicta pandantur. Et ob hanc causam presbiterum bone conuersa-
tionis seruantemq; secretum. ac sapientem virum statuerunt. Ad
quos accedentes hi qui delinquebant. delicta propria fatebantur. At
ille secundum vniuersiusq; culpam. penitentiam ingerebat. Qui
etiam hactenus diligenter in occidentalibus seruatur ecclesijs et ma-
xime apud romam. vbi etiam locus certus est penitentium. Stant
enim rei et velut in lamentationibus constituti. Dum enim sacra
celebratio fuerit adimpleta. illi communionem non percipientes. cum
gemitu et lamentatione semetipos in terra prosternunt. Ad quos co-
currens episcopus: et ipse cum lacrimis et gemitu spiritali proster-
nitur. et omnis ecclesie plebs fletibus inundatur. Post hoc autem
prior surgit episcopus: et eleuat iacentes a terra. Tunc competenter
pro penitentibus facta oratione: dimittit omnes. At illi afflictioni-
bus sponte vacantes aut ieiunijs aut abstinentiâ lauari. aut suspē-
sione ciborum. aut rebus alijs que iubentur. expectant comune tem-
pus quod decernit episcopus. Constituto vero tempore velut quodam
debitum exsoluentes afflictione pro peccati: curati cum populo co-
munionem partitur. Hanc ergo antiquitus romani pontifices. usq;
ad nostrum conseruauerunt tempus. Porro constantinopolim
presbiter super penitentes fuit usq; ad illud tempus. quo quedam
mulier nobilissima dum peccata sua fuisset confessa. et ei a presbitero

esset preceptum ut ieiunaret . et deo operibus supplicaret ; dum hoc
obseruaret crebrius in ecclesia cum diacono se concubuisse confessa
est. Hoc dum populus agnouisset leuicbat super sacerdotes . quasi
per eos iniuria facta fuisset ecclesie. Tunc nectarius episcopus re-
mouit diaconum sceleratum et quibusdam suadentibus . ut singu-
los ad cōmunicādum iudicio conscientie sue relinqueret ; etiam pre-
sbiterum nequaquā super penitentes esse precepit. Et ex illo anti-
quitatis consuetudo sublata est ; dum ut arbitror minora peccata
pro pudore confessionis, Et subtilitate examinantium patrarent.

Ca. xxxvi.

Socrates.

Quoniam itaque iudicio non tacere que apud alios gesta sunt ;
id ē apud arrianos . maceroianos . et eunomianos. Ecce nā-
q; diuisa erat . et apud semetipos singuli congregabantur. Quem
admodum enim et pro quibus causis diuisi sunt ; sermone procedē-
te narrabimus. Hoc autem sciendum est quia imperator theodosius
nullum horum persequabatur preter eunomium ; qui constantino-
poli collectas in domo faciebat . et conscriptos a se libros recitabat ;
ita ut eius doctrina multi corrumperentur. Pro hac causa eum mul-
tauit exilio . nullumq; alium fatigauit . neq; sibi met cōmunicare cō-
pulis sed singulos per loca propria collectas celebrare permisit . et
cultum tenere xpianitatis sicut percipere potuit. Et alios quidem
permisit foris ciuitatem oratoria fabricare ; nouatianos autem con-
cordes sue fidei . intra urbem ecclesias habere concessit. De quibus pau-
ca dicenda sunt. Quadraginta annis agelius presul fuit . a tem-
poribus constantini vsq; ad annum sextum theodosij. Qui cum ve-
nisset ad mortem . sifinnium presbiterum ordinauit episcopum ; vi-
rum eloquentissimum . et a maximo philosopho vna cum iuliano
imperatore litteris eruditum. Cūq; populus nouacianorum cul-
paret ordinationem cur non marcianum potius ordinasset per quē
sub valente nouaciani sine persecutione mansissent. Tunc augelii
populi volens placare tristitiam etiam marcianum ordinauit epi-
scopum. Et cum melius habuisset ; in ecclesiam processit et sermonē
fecit dicens. Marcianum habetis post me ; post marcianum vero
sifinnium. Post paucos vero dies defunctus est. Sub episcopatu vō
marciani ; etiā eorū ecclesia ex huiusmodi causa diuisa est. xxxvij

Sabbatius quidam ex iudeo xpianus factus : et a marciano
 ad presbiteratus honorem prouectus . nichilominus sede iu
 daice seruebat . Cum quo scelere ambiebat episcopatum . Assumens
 ergo sui desiderij scios duos presbiteros theodistium et macharium .
 nouitatem festiuitatis paschalis subualente imperatore . constituta
 in vico phrigie pazo descendere nitentur : et primum quidem qui
 pro ecclesie integritate et custodia dicebat non esse dignos quosdam
 participatio ne sacramentorum . Procedenti vero tempore manifesta
 tus est . du collectas proprias celebraret . Inter hec marcianus agno
 scens eius errorem . et ordinationis sue culpam . quoniam vane glo
 rie homines presbiteros ordinauerat : cum gemitu dicebat . Melius
 fuisset super spinas ponere manus suas : quam sabbacium ordinasse
 presbiterum . Proinde synodum in sangario bithinie nouacianoru
 fecit episcoporum . Quo congregati euocauerunt eos : ut coram si
 nodo causas discessionis sue proponerent . Cuius sabbatius discor
 diam festiuitatis paschalis suam diceret esse tristitiam et oportere se
 cundum iudeorum obseruationem eam celebrari firmaret . sicut in
 pazo fuerat constitutum . estimantes episcopi quoniam propter am
 bitum sabbatius talia perpetraret : iusurandum ei imposuerunt
 quia nunquam desideraret episcopatum . Quo iurante regulam de
 pasche festiuitate protulerunt : quia singulis liceret quo vellent ce
 lebrare pascha : ne propter discordiam festiuitatis diuiderent ecclesi
 am . cum antiqui et ecclesijs proximis licet discordantes de tali festiui
 tate . comunicassent tamen alterutris : et nouaciani in regia vrbe
 roma constituti : nunquam fuissent secuti iudeos . sed semper post eor
 nodium celebrarent pascha . Cuius hec ab eis tunc fuisset regula de
 finita : sabbatius iuramentis obstrictus : si quando paschalis festi
 uitatis discordaret . Ille apud semetipm precedentium ieminabat et
 noctanter solemnem diem pasche sabbati celebrabat : et rursus cum
 omnibus in ecclesia coueniebat . et misterijs fruebatur . Hoc ergo mul
 tis annis faciens latere non potuit . Quapropter quidam simpliciū
 et maxime phrigum et galatorum ex hac re iustificari credentes ze
 labant cum et pascha cum illo celebrabant . Sed sabbatius postea
 et remoras collectas faciebat : paruique pendens iusurandum . suoru
 sequatium ordinatur epus .

Ca. xxxviij.

Eo michi non videntur huiusmodi viri de festiuitate pasche
rationabiliter contendisse: neque istis qui nunc sequuntur iu-
deos. Non enim mente perceperant quia iudaismo in christianitatem
mutato illa subtilia et figuratiua legis mosaice quieuerunt. quod hinc
apparet iudaizare namque nulla gens christiana percepit. Et diuerso autem
apostolus etiam contradixit. non solum circumcisionem prohibens sed
etiam de festiuitatibus contentiones abijciendas monens. Scribens
enim ad galathas ait, Dicite michi qui sub lege vultis esse. legem
non audistis: et hinc pauca loquens. seruum ostendit populum
iudeorum et in libertatem vocatos qui accedunt ad christum. Monet etiam
nullatenus obseruandos dies et menses et annos. Colosensibus
autem scribens magna voce clamabat. ombra fuisse obseruationes
antiquas. Quapropter inquit nullus vos iudicet in cibo aut in po-
tu. aut in parte festiuitatis. aut initio mensis. aut in sabbato quod sunt
ombra futuri. Et ad hebreos idem apostolus dixit. Mutato enim sa-
cerdotio. necessarie legis mutatio fuit. Unde igitur apostolus. nec
euangelia. accedentibus ad predicationem iugum seruitutis imposue-
runt. sed festiuitatem pasche et alias celebritates honorandas esse di-
xerunt. Quapropter quoniam diligunt homines huiusmodi cele-
britates eo quod in eis a laboribus requiescunt. Singuli per prouincias
sicuti voluerunt memoriam salutaris passionis antiquitus ex qua
dam consuetudine celebrabant. Non enim hoc saluator aut nostri
apostoli lege predicauerunt. Nec penam aut supplicium aut male-
dictum sicut lex mosaica iudeis. nobis euangelia aut apostoli sunt
minati. sed solummodo propter derogationem iudeorum quoniam
in festiuitatibus homicidium commiserunt in tempore azimorum salua-
torem passum in euangelij est relatum. Intentio namque apostolorum
fuit non de diebus sancire festiuitatem. sed conuersationem rectam et
dei predicauerunt culturam. Michi ergo videtur sicut multa alia per
prouincias ad consuetudinem venerunt sicut et pasche festiuitas
tradita est eo quod nullus apostolorum aliquid hinc sanxissent. Nam pluri-
mi circa minorem asiam antiquitus quartodecimo die obseruaue-
re non respicientes sabbati diem. et hoc facientes. non tamen segrega-
bantur ab illis qui aliter celebrabant donec romane ecclesie victor episcopus

excommunicationem quarto decimanis misisset in asiam. Quo facto
 bireneus lugdonensis gallicanus episcopus victorem epistola sua
 culpauit dicens etiā veteres ita celebrasse. et quia polycarpus smir-
 ne ciuitatis episcopus qui postea sub gordiano p̄ncipe martirio co-
 ronatus est. A niceto episcopo romano cōmunicauerit. nichil discer-
 nens de pascale festiuitate. cum ip̄e quarto decimanus esset. sicut eu-
 sebius in quinto ecclesiastice historie libro docet. Quidā igitur si-
 cuti dixi. in asia minore quartum decimū obseruabant diem. Qui-
 dam vero etiā circa orientales plagas sabbatum custodiebant.
 Dissonabant autem circa mensem. Nam alij iudeos licet integritate
 non seruarent. sequendos esse in sacra festiuitate dicebant. Alij
 vero post equinoctium celebrabant declinantes sequi iudeos et dice-
 res. q̄ dum sol esset in ariete pascha celebrari deberet. Secundū an-
 tiocenos autem zantico mense. Secundū romanos aprili. Et hoc fa-
 ciendum non sequendo modernos iudeos. qui per omnia errare nos-
 scuntur sed magis antiquos et iosephum. Sic enim ille in tercio an-
 tiquitatis libro conscripsit. His ita contententibus omnes occide-
 tales vsq; ad oceanum post equinoctium ex antiqua traditiōe pa-
 scha celebrasse cōperimus. nec aliquando habuisse discordiā. Non
 enim sicuti quidam dicunt celebratum sub constantino concilium fe-
 stiuitatem pasche mutauit. Nam constantinus discordantibus scri-
 bens. monet ut isti cum pauci essent. imitarentur plures. Cuius epi-
 stole partem ponere non omisi. Sic enim post alia dixit. Est enī
 ordo decorus quem omnes ecclesie in vno orbe occidentem et meridiē
 et arcturum posite seruare noscuntur. nec non etiam quidam orien-
 talium propter quedam in presenti bene se habere estimauerunt. Et
 ego ip̄e vestre queq; sapientie placere promisi ut q̄ in romana ciui-
 tate. italia et affrica et vniuersa egipto hispania gallijs britannijs
 libia tota bellada asia syecise ponto et alicia libenter sub vna con-
 cordia custoditur. hoc etiā vestra sapientia suscipiat. considerantes
 non solum multitudine predictoz locorum et ecclesiarum numerū
 sed etiam quia hoc maxime debetis omnes communiter celebrare q̄
 ratio subtilis videtur exigere. Nullam cum iudeorum periurio ha-
 bere cōmunionem. Talia siquidem constantin. Sed aiunt q̄rto

decimanis hanc obseruationem iohannē apostolum tradidisse : alij
vero petrum et paulum apostolos romanis et occidentalibus di-
cunt pasche tradidisse solemnitatem . sed nullus scripta probatione
horum habere dinoscitur . Quia vero ex consuetudine quaedam per
prouincias celebratur pascha : hinc estimo cum nulla religio easdē
videatur seruare solemnitates . Nam cum vnus sint fidei plurimi
tamen dissonant circa pasche legitima . Vnde pauca dicenda sunt .
Nam in ipis ieiunijs aliter apud alios inuenies obseruari . Ro-
mani enim tres ante pasche septimanas preter sabbatum et domi-
nicam sub continuatione ieiunant . Illirici vero et tota hellas . ale-
xandria quoq; ante sex septimanas ieiunant . eaq; ieiunia quaza-
gesimam vocant . Alij vero ante septem pasche septimanas ieiunio-
rum facere initia et tres tantūmodo septimanas . Hoc est quinis die-
bus per interuersiones aliarum duarum septimanarum ieiunan-
tes nichilomin⁹ quazagesimam vocant . Vnde miror cum nume-
rum ipm non habeat quomodo quazagesimam vocant . Sed etiā
ciborum abstinentiā non similem habēt . Nam alij omnino ab ani-
mante se obseruant : alij animantiū pisces solummodo comedunt
quidam cum piscibus vescuntur et volatilibus dicentes hec secun-
dum moysen ex aqua habere substantiā . Alij vero etiam caulibus
et ouis abstinere noscuntur . quidam vero sic pascuntur . quidā sic
co pane vescuntur . alij neq; hoc . alij vsq; ad nonā ieiunantes horā
sine discretionē ciborum reficiunt . et innumere consuetudines . apud
diuersos inueniuntur . Et q; nulla lectioe ex hoc inuenitur antiq̄ .
puto apostolos singulorum hoc reliquisse sententie . ut vnusquisq;
operetur non timore non necessitate q̄ bonū est . Sed etiam cir-
ca celebritatem collectarū . Quedam diuersitas inuenitur . Nam dū
per ecclesias in vniuerso terrarum orbe constitutas die sabbatorum
per singulas ebdomadas sacrificia celebrentur . Hoc in alexandria
et in roma quadā prisca traditione non faciunt . Egipti vero alexā-
drie vicini et thebaidis habitatores . sabbato quidem collectas agūt
sed non sicut moris est sacramenta percipiunt . Nam postquā fuerit
epulati et cibus omnibus adimpleti . circa vesperā oblatione facta cō-
municāt . Rursus autem in alexandria quarta et sexta feria scrip̄e

leguntur. easq; doctores interpretantur. Et omnia sunt preter solemnem oblationis morem, Origenes enim plurima in his diebus videtur edocuisse. Qui dum sapiens esset magister et consideraret. quia impossibilitas mosaice legis ad litteram esset. in formatione pasche admodum contemplacionis euexit. Vnum pascha solummodo verum fieri dicens. qd saluator celebrauit. petrus aduersus contrarias potestates dum crucem susciperet. et hoc tropheo vteretur contra diabolum. In eadem alexandria lectores et psalmi pronunciatores indifferenter sunt sive catecumini. sive iam xpiani. dum omnes ecclesie iam fideles in his ordinibus haberi videantur. Ego quoq; cognoui in thessalia. consuetudinem aliam. Dum quidam clericus ante clericatum legitime duxisset uxorem s quia cum ea mixtus fuerat abdicatus est s dum in oriente cunctis spontanea voluntate et non aliqua necessitate. etiam episcopi semetipos abstineant. plurimi enim eorum etiam episcopatus tempore. ex legitima uxore etiam filios habuerunt. Hoc quoq; in thessalia seruari cognoui. quonia apud eos in diebus pasche tantummodo baptizantur. Quapropter plurimi sine baptismo moriuntur. In antiochia vero sirie. altare non ad orientem ecclesie sed magis ad occidentem habent. In bellada hierosolimis et thessalia. ad tempus vespertinum orationes similes nouatianis constantinopolim de gentibus habent. In cesaria cappadocie et cipro. die sabbati et dominico circa vesperam cum lucernarijs episcopi atq; presbiteri scripturas interpretantur. In alexandria presbiter non facit sermonem. Et hec res initium accepit. ex quo arrius ecclesiam conturbauit. Rome sabbata vniuersa ieiunant. In cesarea cappadocie eos qui post baptismum delinquunt a comunione suspendunt. sicuti nouaciani et macedoniani in hellesponto faciunt et in asia quartodecimani nouaciani circa phrigiam binubos non recipiunt. Constantinopolim neq; vero aperte recipiunt neq; palam remouere noscuntur. In occidentalibus vero partibus aperte recipiunt.

Sozomenus.

Montani liquidem quos phrigas nominant. peregrinam quendam adinventionem introducentes. scdm eam pascha celebrant. Culpant enim eos qui cursum lune requirunt et dicunt solares

tantūmodo circulos sequendos : et menses quidē singulos esse dies
trīginta definiunt et inchoare primum ab equinoctio vernali . qđ ē
secundum romanos octo kl . aprilis . Tunc inquirunt duo lumina :
ria facta sunt quibus tempora et anni manifestantur : et hoc indi-
cari eo qđ luna per octo annos cum sole concurrat . Et ambo idem
nouum habeant mensem : eo qđ octo annoꝝ cursus lune cōpleatur
Et tanquā principium sit primi mensis reputant predictam diem
in scripturis quartadecimam : et hanc esse dicunt viij . id est apri-
lis secundum quā semper celebrant pascha . Si contigit etiam con-
currere resurrectionis id ē dominicam diem : alioquin dominico su-
perueniente celebrant . Scriptum est enim in quintadecima vsqꝫ ad
vicefimā primā esse celebrandū .

Sozomenus .

Apuđ romanos in vno quoqꝫ anno semel psallunt alleluia p̄-
mo die pasche ita ut romani volunt pro iuramento habeāt
ut hunc binnū audivere mereantur in qua ecclesia neḡ ep̄us . neḡ
aliter quisquā corā populo diceret . Apud alexandrinis hoc opi-
nabile est qui dū leguntur euangelia non surgit episcopus qđ apđ
alios nusquā fieri noui vbi solus archidiaconus hanc lectionem
legit : in alijs locis diaconi : in multis vero ecclesijs sacerdotes soli
cōstātinopoli p̄ma die resurrectionis dñice p̄t̄is . xxxix . Soc .

Douenerunt enim etiam apud arrianos diuisiones . propter
huiusmodi causam . Singuli videlicet eorum contentiones
ad ineptos perduxerit sermones . Cū enī in eoz ecclesia crederet̄ deus
pater esse filij verbi . ex hoc apud eos questio processit . Si possibile sit
ut etiam antequā existeret filius . deꝫ pater vocari potuisset quoniā
dei verbū nō ex patre naturalit̄ sed ex nō existētibꝫ extitisse credebāt .
Circa primū itaqꝫ capitulum errātes rite de puro nomine in certa-
men illicitū irruerūt . Dorotheus etenim ab antiochia euocatus
ab eis : dicebat nō posse patrē esse neḡ vocari . filio nō subsistente .
Porro marinus quē a thracia añ dorotheum vocauerāt . occasionem
inueniens oportunā . Dorotheo enī erat adūsus : respōdit sermonē
de hac q̄stioe contritiū . Et p̄tea sūt inē eos facte diuisiones . Diuisiqꝫ
p̄ter hoc verbum : seorsum singuli solemnia celebrabant . Alij enī
sequebantur dorotheum . alij vero marinum quippe dicentes patrē
semper esse patrem etiam filio non exante . Vocabantur enī isti

psathiriani. eo q̄ quidā theonistus sirus genē . psathira . i . duplicia
 vendens . hanc propositionem valde defenderent . Nos quoq̄ secut⁹
 est selenas gothorum episcopus : sed isti quoq̄ paulo post separa :
 ti sunt . Cum marinus cum agapio discordiam habuisset quem ipse
 se episcopum fecerat ephesi . Verum isti non propter religionem
 sed propter presulatum inimiciās inter se bella q̄ gesserūt . Gothi
 namq̄ defendebant agapium : quāobrem plurimi clericorum eorū
 vanam gloriam fugientes . ad fidem consubstantialitatis vtilit̄ ac
 cesserunt . Arriani siquidem xxxij . annis diuisi inter alterutros . p̄
 ea sub theodosij iunioris consulatu plimite . ab herese psathirianorū
 recedentes vniūti sunt . Veluti lege decernentes nunquā capitulum
 propter q̄ diuisi fuerant memorare . Sed hoc constantinopolim ge
 stum est . verum in alijs ciuitatibus sine diuisione manserunt . hec
 de arrianis . Verum neq̄ eunomiani sine diuisione manserunt .
 nam et ipse eunomius dudum ab eudoxio qui eum cizici . ordinauit
 episcopum segregatus est occasione percepta : eo q̄ scium doctore
 eius expulsum suscipere noluisse . Reliqui vero ab eo per scismata
 diuersa partiti sunt . Prius itaq̄ theofronius quidam cappadox eu
 nomio versare contentiones edoctus . et aliquid de aristotelis cate
 gorijs . et periermenias intelligens . fecit libros quos de mentis exer
 citio attitulauit . Is vero cum ostēdisset consecratos suos tanquā
 recedens ab eis expulsus est et seorsum colligens sui nominis here
 sim dereliquit . In constantinopoli vero quidam euthicius ex tepi
 distima questione ab eunominianis diuisus hadenus collectas se
 orsum facit . Vocantur q̄ horum alij eunomotheofroniani . alij vō
 eunomoteofroniani . alij vero eunometheuciani . Veruntamen isti
 baptisma corruerunt . Non enim in trinitate sed in xpi morte ba
 ptizabant . Ca . xli .

H Actal' igitur quodam tempore etiam inter macedonianos
 diuisio . cum eutropius presbiter seorsum colligēt . et nequa
 quā ei carcerius consentiret . Fuerunt forsitan & alie diuisiones he
 resum sed ego tanquā constantinopolitanus atq̄ ibi nutritus : q̄
 michi clariora visa sunt ea narrare curavi . xliij . Sozome .

Q A siquidem tempestate dicunt egipti fluum circa primum
 ascensū aque post tergū recessisse . Quo facto egiptij seuebāt

eo q̄ nō sinerentur flumini sacrificia solemnia celebrare. Iudex autē
seditionem perspicuus concitari s̄ nunciavit imperatori. Verū im-
perator melius iudicavit diuine fidei seruiendum. qm̄ pocula nili.
et preponere sacrilegia pietati. Nunquā inquit currat ille fluuius
si magicis artibus et fluxu sanguinis placetur. vnde polluenta sūt
sacra paradisi. Hoc acto post paululum ita vberime nilus effusus
est. ut etiam altius quā solebat fluctus aspergeret. Cūq; solitas cō-
pleisset mensuras et adhuc in culmen ex tolleretur. In terrorem ni-
mum egiptij sunt reuerti. metuentes ne et alexandriā et libie ptes
forte destrueret. Tunc enim fertur paganos alexandinos in thea-
tro clamasse quid velut senex et denus euauisset nilus. quāobrem
plurimi egiptiorum derogantes paterne religioni s̄ ad xpianitatis
iura conuersi sunt. Ca. xliij.

Eodem tempore dicitur delatum constantinopolim iohannis
baptiste caput. qd̄ erodias percussit. ab herode tetrarcha. fertur
enim inuentū caput a monachis macedonianis qui primū quidez
hierosolimis habitabant s̄ postea vero ciliciam migrauerunt. Cū
enim ante hoc imperium maronius maior domus imperialis. h̄
nunciasset imperatori. precepit valens caput sacrum constantino-
polim deportari. Qua iussione directi s̄ imponentes vehiculo de-
portabant. Cūq; venissent ad locum qui vocatur pantichium. est
enim circa calcedonam nequaquā poterat trahi vehiculum s̄ licet
multis plagis burdones affligerentur. Et cum hoc inopinabile vi-
deretur vniuersis. et ipi simul imperatori. sacrum hoc caput recon-
diderunt in vico appellato cosilai. erat enim possessio ipa maronij
Illo siquidem tempore aut deo aut ipso propheta monente in hunc
locum vsq; perductum est. Cūq; postea theodosius imperator
has baptiste reliquias voluisset auferre. solam referunt extitisse ma-
tronam virginem sacram. que eius custodiam capitis exhibebat.
Cui dum sepius imperator non violenter sed cum lacrimis suppli-
caret ut eum permitteret sua vota cōplere. hec putans quia sicut tē-
pore valentis ita etiā tunc non pateretur ulterius baptista portari
cessit. At imperator amplectens sua purpura thecam in qua caput
baptiste iacebat. eamq; portans venit. et ante ciuitatem constanti-
nopolitanam reddidit in septimo miliario. ibiq; magnam atq;

pulcherrimam deo edificavit ecclesiam & crebroq; deprecatus est ma-
tronam. promisitq; dona gratissima si reconciliari vellet & nec passa
est. Erat enim macedoniana heresi violata & licet vincentius pre-
sbyter confessor eius. qui prophete sepulchru equaliter obseruabat
conuersus fuisset et catholice comunicasset ecclesie. Ferunt enim qa
coniurationem habeant macedoniani nunqua se a sua secta recede
Verum is presbyter dum ageretur de migratione sacri capitis & apd
se definiunt & qa si sequeretur baptista imperatorem et ipe comuni-
caret ei. Quo facto conuersus est

Ca. xliiij Theodorice

Sicut in antiochia melecij maximi suggestione flauianus accepit
qui cum diodoro plurima pro ouibus certamina passus est. Volue-
rat etenim paulinus ecclesie suscipere presulatum s; pontificum resti-
tit chorus dices & non oportere eum qui melecij consilium non rece-
perat post illius mortem in eius sede consistere. sed eum potius qui
plurimis laboribus effugebat. et pro ouium cura pericula sustinue-
rat. Hoc factum romanos et egiptios fecit infestos aduersus orien-
tales. sed neq; morte paulini inimicie sunt destructe. Nam se post
illum cum euagrius eius percepisset sedem. perstiterunt flauiano ve-
hementer infensi licet euagrius preter ecclesiasticam regulam fuerit
ordinatus. Solus enim paulinus eum instituerat plurimas regu-
las preuaricatas ecclesiasticas. Non enim precipiunt ut per se qui-
libet ordinare possit sed conuocari vniuersos prouincie sacerdotes. et
preter tres pontifices ordinationem fieri penitus inter dicunt. Ve-
rumtamen nichil horum respicientes. euagrii sunt amplexi comu-
nionem et aduersus flauianum auditus principis commouerunt.
Qui frequenter impulsus. deduxit eum ad urbem constantinopoli
et rome proficisci precepit. Porro flauianus excusatione hiemis
promissione facta quia tempore oportuno pergeret romam. tunc e
reuersus ad propria. Cuius romani pontifices non solum mira-
bilis damasus sed etiam post eum siricius et anastasius. imperato-
ri vehementer insisterent. dicentes. quia tyrannos quidem proprios
debellaret. qui vero xpi resisterent legibus eos siceret impunitos.
rursus eum euocans rome proficisci cogebat. Tunc flauianus sapi-
entissimus digna fiducia vsus ait. Siquidem fidem meam, O im-
perator quasi non rectam accusant quidam. aut vitam dicunt

facerdotio non esse dignam s etiam ipos accusatores habere iudices non refuto. eorūq; sententiā gratanter excipio. Si vero de sede et presulatu contendunt. neq; litigo neq; hec volentibus habere resulto s sed abscedo et me ab episcopatu suspendo. Da igitur antiochenā sedem cuiūq; volueris imperator. Hanc eius constantiam. fortitudinem. sapientiamq; miratus princeps. redire ad patriam et commissam sibi regere ecclesiam precepit. Post aliquantum tempus romē denuo veniens impator. Eisdem ab ep̄is paciebatur querelas. quasi flauiani tyrannidem subdere noluisset. At ille speciem tyrannidis eos fari precepit dicens se esse flauianum. Illis vero dicentib; q; non possent cum imperatore contendere. monuit ut de cetero ecclesie concordiam haberent. deponerent q; certamen et stultas contentiones extinguerent. Paulinus inquit olim est mortuus. euagrius contra regulas ordinatus. Orientales aut ecclesie presulatum flauiano deferentes et asia pontus et thracia eius cōmunioni coniuncte sunt. Omnis illiricus illum nouit per orientem episcopis presidere. His flexi monicionib; hesperie sacerdotes. soluturos se inimicias promiserunt. et legatos mittentes ab eo suscipere. Hoc agnoscens sacratissimus flauianus. misit romam quosdam laudedignos episcopos. et antiochenos presbiteros atq; diaconos quibus preerat acatius beroe. in omni terra pelagōq; cantatus. Is cum alijs romam veniēs longamq; sanans odij passionem. post decem et septem annos ecclesijs restituit pacem. Qd agnoscentes egiptij inimicias extinguentes concordiam sunt amplexi. Tunc igitur ecclesie romane innocentiū successor anastasi presidebat vir prudentia et intellectu decente ornatus. alexandrine vero theophilus. xlv Soc.

Res itaq; publica eo tempore pro huiusmodi causa turbatur occidentis partibus. Grammaticus quidam nomine eugenius litterarum latinarum doctor. relinquens scholas suas. in palacio militabat. Erat q; imperatoris antigraphus et propter eloquentiam a multis honorabatur. Tunc ergo ut fertur non mediocriter cogitans s cooperatorem assumpsit arbogastum de minoribus gallijs ortum. militaris ordinis ducem virum senum et ne cibus preparatū Quo facto dedinauit ad tyrannidem. Igitur uterq; contra impatorem valentinianum neces machinabant. cubicularios corrupētes

eunuchos, At illi dormientem principem suffocauerunt. hoc eugeni² repente cognoscens imperio potitur hesperie s agebat qz qd tiranno poterat couenire, Nec audiens theodosius imperator rursus sollicitudinibus obstrictus. secunda certamina post maximum preparabat. Congregansqz militarem virtutem et honozium filiu designans imperatorem s consulatu suo et abundantia decimo die ianuarij mensis denuo ad partes hesperias magno studio festiabat. Sozo. Utereua euentum belli considerans. misit ad thebaidam ad iohanne monachum tunc prescientia clarum, Ad quem destinauit eutropiu eunuchum sibimet fidelissimum. Ut aut eum si vellet venire deduceret s aut nolentem de euentu belli requireret, At ille iohannem qz dem deducere non preualuit. sed mandatum retulit ei². qz bello viceret et perimeret tirannum et post victoriam in italia moreretur.

Relictis ergo theodosius ambobus filijs in vrbe constantinopolim. cum pergeret contra eugenum bellaturus plurimi tras histrum barbari sunt secuti cum eo pugnaturi contra tirannu paruoqz tempore cum manu maxima venit ad gallias. Illic enim preparabat bellum. vbi ia multa milia habebat exercit². Theo.

Qum igitur in quodam monte oratorium inuenisset s ibi nocte dno supplicabat, Et circa gallicantum sopore copressus. vidit in somnis quasi iaceret in campo. et asstarent ei duo quidam viri in vestibz albis. et equis candidissimis residetes s eumqz iubetes habere fiduciam. et diluculo armare milites ad victoriam. dicebantqz se pro solatio destinatos. Quorum alter iohannem euangelistam. alter se philippum dicebat apostolum. Hac visione coperta nequaquam ab oratione cessauit. s lacrimas vberiores effudit. Que visio etiam alicui militi reuelata est. et per diuersos peruenit ad principem. At ille non propter me inquit hec iste vidit. sed ne quis crederet quia finxi qd ego vidi. Ideoqz etiam isti monstratum est. Naz primo michi hoc dñs comunis ondit.

Hic ergo congressio circa fluuium vocabulo frigidum, Igitur in qua parte romani contra romanos confligebant. bella erant equalia vnde vero barbari auxiliares imperatoris. pars

eugenij portio: esse videbatur. Imperator autem videns barbaros deperire, In mariam veniens estuationem et prostravit semetipsum in terram adiutorem inuocans deum et petitione frustratus non est.

Quidam autem bacharius magister militum eius. repente sic confortatus est ut cum primis ducibus concurreret ad eam partem qua barbari premebantur et quo facto dirupit acies et in fugam mox vertit inimicos, Fitque denuo ea hora miraculum. Ventus enim vehementissimus inspirans emissa iacula ab eugenij partibus contra eos denuo reuocabat et a partibus imperatoris ad hostes cum magna fortitudine deferebat. Tantum valuit imperatoris oratio. Hoc itaque modo dimicatione consumpta. tyrannus concurrrens ad pedes imperatoris exorabat promereri salutem, Qui circa pedes eius a militibus capite sectus est. Hec gesta sunt septima decima septembris mensis consulatu archadij tercio et honorij scdo. Arbogastus autem tantorum causa malorum et post duos congressionis dies fuga lapsus. dum cognouisset quod viuere non posset et proprio gladio se peremit.

Ca. xvi.

Sozomenus.

A liquidem tempestate. plurimi inter episcopos esulgebant. sicut donatus curie epi. De quo dum prouinciales miracula multa testentur. maximum tamen est quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacens cibum habebat oues. capras. equos. boues. homines arripiens deuorabat. Ad quam bestiam donatus sine gladio sine quolibet iaculo veniens. dum illa leuasset caput. quasi voratura virum. Tunc ille vexillum crucis ante faciem eius digito designans in aere. in os eius expuit. Bestia vero sputum mox ori suo suscipiens expirauit. Quam sicut audiui octo paria bouum in vicinum campum extraxerunt. et misso igne combusta est ne aerem fetore corruperet. Huius itaque donati sepultura in signis est. ubi oratoriū ex eius nomine vocitatur. habens fontem aquarum quem ipse fertur orationibus inuenisse. Nam dum esset locus inaquosus et illic ex itinere aliquando venisset et aiunt quod fatigatis qui cum eo erant orasset et mox aque inundatio prorupisset et exilio hactenus permaneret.

Ca. xvij.

Ao tempore comitanam et sithie ecclesiam theotimus gubernabat. vir in philosophia nutritus. Cuius virtutem diligentes

barbari trans hylstrum habitantes. deum romanorum esse p̄dicabāt
 diuinarum quippe in eo rerum experimenta sepius perceperunt. Nā
 cum aliquo tempore iter ageret. illius terre barbari occurrerunt ei.
 Et dum qui erant circa eum terrore turbarentur. quasi continuo
 morituri. ex equo descendens orauit. Porro barbari neq̄ eum neq̄ se
 quaces eius. nec equos de quibus descenderant videntes. per tran-
 sierunt. Dum igitur crebro transeuntes schyras naturaliter feroces
 epulis muneribus q̄ mansuefaceret. Quidam barbarus arbitrat̄
 eū esse locupletem. cepit insidiari ut eum caperet. alligaret et trabe-
 ret. Cum hoc iam preparasset et dexteram adhuc haberet ut eum ia-
 ctu laquearet. manus eius in aere mox ligata. et barbarus ille inui-
 sibilibus vinculis est obstrictus. Tunc alijs pro eo rogātibus. sup-
 plicauit deo theotimus. ut barbarus solueretur. *Ca. xlvij*

EO quoq̄ tempore fuit epiphanius cipriorum ep̄s ad cuius se-
 pulchrum hactenus demones expelluntur. Is enim dum sb-
 stanciam propriam. necessitatibus sustentibus erogasset. et multis
 quoq̄ offerentibus ei pecunias. manu largissima dispensaret. Con-
 tigit ut pecunijs deficientibus economus ecclesie murmuraret. Quo
 facto. assistens quidam in domo qua manebat economus. sacculū
 multarum pecuniarum dedit. et ita disparuit. ut nec qui dedit. nec
 qui misit agnosceretur. Qd̄ factum omnes diuinum esse iudicaue-
 runt. Aliud quoq̄ eius liber refert miraculum. Quidā pau-
 peres studentes epiphanium arte deludē. ut eis aliquid daret. Dū
 iter ageret vnus eorū supinum se prostrauit in terram. et alter stabat
 quasi mortuum deflens. nec habens vnde eū sepelire potuisset. Epi-
 phanius autem superueniens orauit ut sub quiete dormiret. et se-
 pulture necessariam prebuit. simulq̄ consolatus est flentem dicens.
 Quiesce fili a lacrimis. non enim fletu resuscitari poterit. Est enī
 ineuitabile qd̄ euenit. Cūq̄ discessisset epiphanius. cepit ille pul-
 sare socium ut surgeret et cum hoc semel et secundo fecisset dicens.
 surge hodie tuis laboribus epulemur. et ille penitus non sentiret.
 cognoscens vero mortuū accurrit ad epiphanium. flens. et petens
 ut eius socium suscitaret. At ille consolatus est ne ferret grauiter qd̄
 euenerat non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo
 prouide gestum ut non dei ministri facile deludantur. Eo tempore

fuit eas et zeno in palestine gaza philosophantes. Et eas fertur dū
pulcherrimam duxisset uxorem ter cum ipsa solummodo concubuisse
se et tres filios genuisse; postea vitam monachicam appzime esse
sedatum. Zeno autem episcopus vsq; ad annorum centum habens
etatem nunquā solennibus minor fuit aut quieuit officijs, xliij.

Non solum hac religione tunc nobilitabant sed etiam abacuc
et michee prophetarum corpora sicut audiui hoc tempore sūt
ostensa reuelatione diuina. Dum zebennus tunc eleutheropolitanā
gubernatorum ecclesiam in vico qui prius vocabatur ceila. In he-
ratalia predio qđ distat ab vrbe quasi stadijs x. circa hunc locum se-
pultura fuit abacuc et michee. Quā nescientes quid dicerent pu-
ciales. o fidelem memoriam vocitabāt, Ca. l.

Situr theodosius imperator post laborem publicum corpore fatiga-
tus et sperans ea se egritudine moriturum. potius de republica co-
gitabat. Considerans que solent hominibus prouenire imperatore
moriente. Filium itaq; honozium de constantinopoli veloater euo-
cauit. ordinare volens partes hesperias. Cūq; filius mediolanū
venisset ex egritudine releuatus circum de victoria celebrabat. Et
ante prandium quidem spectaculum quasi sanđ exhibuit. Post prā-
dium repente pregnatus ad spectaculum venire non potuit. Filiū
tamen ludo adesse precepit. Superueniente vero nocte defundus est
consolatu olibrij et pbini septima decima die ianuarij mensis an-
no primo ducētesime nonagesime quarte olimpiadis Vixit autē
imperator theodosius annis sexagita. ex quibus sedecim imperauit

Explicit liber nonđ. Incipiūt capitla libri decimi.

De successiōe archadij et honozij. j.

Quō honozij ludum gladiatorum remouerit. ij.

De morte nedarij constantinopolitani et ordinatione et actibus io-
hannis. Ca. iij.

Quō eutropij ppositi impatoris fuerit interemptus. iij.

De conuersione celticorū per iohannem. Ca. v.

De gama magistro militum eiusq; rebellionē. vi.

De questione inter egiptios monachos exorta vtrū deus corpore
sit an corporeus. Ca. viij.